

## DEDICATORIA.

que prudentiam & doctrinam, in aurei huius operis recensione, summa cū animi mei oblectatione, in singulis folijs, deprehenderim, nunquam satis testari suffecero: procul dubio enim quicquid in eius commédationem dicerē, minus esset: adeò vt si Ministri Verbi DEI, Doctores, & cum ipso populo omnium dignitatum Magistratus, ad celestem preuentis huius facis splendorem, obseruare nolint, quibus modis & exemplis felix Ecclesiæ status componi, conseruari & propagari, aduersusque Mundi huius Principis insidias & insultus præmuniri possit, nihil vspiam occurrat quod præ animi anxietate præfari valeam.

Quapropter omnium Facultatum & Ordinum homines, præsertim eos, quibus DEVS Vineæ suæ custodiam & protectionem, tristissima hac tempestate, mundi que hyeme, clementer commisit, quam studiosè, obnixè, & submissè ad diuini huius, & temporibus istis pernecessarij Operis assiduam lectionem, meditationem & praxin hortari & inuitare non dubitassem,